

Zeitschrift: Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz
Herausgeber: Historischer Verein Zentralschweiz
Band: 26 (1871)

Artikel: Rudolfs von Montfort, Bischofs zu Constanz, Statuten oder Kirchensatzungen (1327)
Autor: Schneller, Joseph
DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-112497>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 18.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

VII.

Rudolfs von Montfort, Bischoff zu Constanz, Statuten oder Kirchensäkungen.

Mitgetheilt von J. Schneller.

1327, 5. April.

(Archiv Engelberg.)

Rudolfus Dei gratia Episcopus Constantiensis, dilectis in Christo, Archydiaconis, Decanis et Camerariis sue Dyoceseos salutem in Domino. Nos de statu vita | et honestate Ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum, que nobis a Deo commisso sunt, juxta pastoralis officii debitum pro singulorum excessibus nobis | expositis et in posterum exponendis folliciti secundum juris rigorem et temperantiam equitatis, prout expedit corrigendis, de consilio pru | dentum duximus ordinandum, statuendo articulos infra scriptos in uiolabiliter observari. |

De Baptismo. Volumus, ut baptismus distincta verborum prolatione, in quibus virtus sacramenti consistit, follicite consecretur | et conferatur forma debita, sic videlicet, Ego baptizo te R. In nomine patris et filii et spiritus sancti.

Et ut quilibet plebanus et viceplebanus sigillum habeat, quo | requisitus acta curie nostre possit sigillare.

De sacramento Evcharistie. Volumus, ut supremum nostre salutis subsidium Evcharistie sacramentum pura mente cum intentione devota studiosa verborum facri canonis pronuntiatione signis
Geschichtsfrd. Bd. XXVI. 20

loco et tempore debitiss conficiatur. | Et vt ipsum sanctum crisma et sacrum oleum in ecclesiis sub fideli custodia clavibus adhibitis munde custodiantur, fidelibus cum opus | fuerit digne conferenda. Ne autem per imperitiam aut negligentiam sacerdotum ullus defectus vel error veniat, precipimus vobis | Decanis et Camerariis, quatenus in singulis vestris convocationibus et Capitulis per singulos sacerdotes inquiratis de premisis, instruendo | sacerdotes; et si qua correctione digna sunt, ad nos vel Archydiaconos vestros referatis. Mandamus etiam, vt exceptis nominatim | excommunicatis preterquam in articulo mortis et illis propter quorum culpam, fraudem vel dolum, consilium et auxilium latum est interdictum, | nisi juxta posse satisfecerint vel de satisfaciendo et satisfactione procuranda cautionem dederint, penitentia tempore interdicti ab homine vel a jure prelati | nulli denegetur.

De confessoribus et penitentiis. Statutum Concilii generalis recententes, volumus, vt omnes vtriusque sexus fideles, postquam ad annos discretionis pervenerint, omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti et || injunctam sibi penitentiam propriis viribus studeat adimplere, fuscipiens ad minus in pasca Evcharistie Sacramentum, nisi forte de | proprii sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum, alioquin et vivens ab in | gressu ecclesie arceatur, et moriens ecclesiastica careat sepultura. Ne autem detur inexpertis materia vel occasio delinquendi, | volumus quod sacerdos inquirendo de peccatis a confiente sollicitus sit vsitata peccata sigillatim perquirere, quedam autem per circum | stantias caute investigare; Majora tamen peccata, pura homicidia, sacrilegia, incestus, stupra virginum, peccata contra naturam, injec | tiones manuum in clericos vel parentes, vota fracta et similia, nobis et penitentiario nostro referentur punienda. Item mandamus, quod | qui libet sacerdos in sua ecclesia et parochia indutus superpellicio omni reverentia qua potest, cum lumine et campanula Corpus | Domini portet, cum opus fuerit, et decem dierum indulgentias sequentibus largiatur. Inhibemus etiam, quod nullus sacramenta, communionem, | celebrationem, unctionem, matrimonia, aut alia sacramenta vendat vel causa avaritie conserat. Item volumus, quod quilibet etatem | quindecim annorum habens aut prius sacramentum confirmationis requirat, alioquin pro sua negligentia punietur.

De Sepulturis. Item inhibemus firmiter et distincte, ne quis facydos, Rector ecclesie seu confessor, alicui in vita vel in morte | persuadere audeat, ut in locis magis Religiosis, aut eorum ecclesiis eligant sepulturam, aut potiora ipsis remedia constituant | in prejudicium parochialium ecclesiarum, sed eos proprio arbitrio derelinquant, adjicientes, ne quis rector ecclesie vel vicarius aliquem | manifestum usurarium presumat tradere ecclesiastice sepulture fine nostra licentia speciali, vel familiam usurariorum manifestorum | in divinis officiis admittere, aut talem usurarium ad oblationem altaris recipere. Et si forte tales per violentiam in cimi | teriis tumulenter, tamdiu a divinis in talibus ecclesiis cessari volumus, quamdiu ibidem sepulti existunt. Declaramus | etiam eos, qui propria temeritate defunctorum corpora tempore interdicti in cymiteriis tumulaverint, vel excommunicatos publice aut no | minatim interdictos, etiam in locis non interdictis sepellire scienter presumpserint, ipso facto excommunicationi subjacere, a qua fine licentia | ordinarii absolvi non posunt.

De habitu et tonsura. Volumus, ut juxta statuta canonum clerici maxime in sacris ordinibus constituti, iudicamenta nimia brevitate vel longitudine non notanda, et tonsuram seu coronam deferrant congruentes. | Et quia pravorum confortia sepe bonorum mores corrumpunt, prohibemus, ne vagi scolares, qui vitam abhominabilem | ducunt, et eo ipso, quod se ludibrium populo constituunt, sunt infames, de cetero in clero admittantur, vel ad Ordines assumantur, | nisi bonorum testimonio chorum et scholas biennio frequentantes emendati coram ordinario comprobentur; qui vero post receptionem sacram | Ordinem se vagum exhibuerit, ab executione ordinis ipso facto suspensus, ad cleri confortium et divinum officium nullatenus admittatur. |

De cohabitatione Clericorum. Vitium incontinentie maxime notorium modis omnibus prosequentes, Statuimus, quatenus ex nunc in antea | cohabitatores manifesti nuncientur per vos ab omni officio divinorum ipso jure suspensi, precipientes ipsis vice nostra, vt a se | penitus removeant illas, quas illicite tenent in domibus suis aut in procuratione manifesta. Ut autem de cetero, tanquam canis | ad vomitum rediens in culpam pristinam taliter puniti non labantur, decernimus, si cohabitatores predicti fornicarias a | sua cohabitatione et procuratione, monitione vestra premissa, non

dimiserint, vt per ammonitionem a beneficiis suis sententias de talibus excessibus | satisfacere compellantur, quod si propria beneficia non habuerint, sed vicarii fuerint, a nostra Dyoceſi modis omnibus excludantur.

De Vicariis. Cum potestatem non habeant ligandi vel solvendi, niſi cui hoc ex Superioris auctoritate conceditur, Inhibemus, ne | de cetero aliquis tamquam rector aut vicarius admittatur ad regimen animarum, niſi qui docuerit per litteras Ordinarii, ſibi hujusmodi | curam fore concessam; Decernimus insuper, vt vicarii in ecclesiis taliter instituti, a suis vicariis ab aliquo non valeant amoveri, | niſi auctoritate ordinaria ex cauſa rationabili proposita et probata. Ad hec statuimus inhibentes, ne quis propriam habens ecclesiam vicariam affumat | in aliena, niſi hoc ex cauſa ſibi auctoritate ordinaria fuerit indulgendum. Statuimus quoque, vt in ecclesiis, parochialibus illorum, qui | ſunt etate minores, nullus niſi perpetuus vicarius affumat.

De Transgressoribus ſententiarum et mandatorum. Statuimus contra presumptiones illorum, qui ſententias et mandata superiorum turpiter contempnere non | timent, et ſuspensi aut excommunicati vel preſentibus excommunicatis vel in locis interdictis ſcienter diuina celebrare non timent, | aut negligenter superiorum mandata exequi non curant, ut eo ipſo tanquam irregulares publice per vos denunciati, ad ordinarium | graviter puniendi transmittantur.

De Simoniacis. Statuimus, ut infammati aut probabilitate deſymonia ſupecti, ab officio et beneficio ſuspensi per vos publice | nuntientur, et fine mora ad judicium ordinarii mittantur, vbi cum ſolempnitate juris examinati penam condignam recipiant, iſpis et ſui | criminis auctoribus infligendam.

De turpi lucro et negotiatoribus. Intelleximus, quod quidam in ſacris ordinibus constituti, ſpem divinam postponentes in preju dicium anime ſue, vendentes et ementes ea que non licent, negotiantur, qua | propter qui tales inventi fuerint, ad examen noſtrum ſuſpenſos per vos transmitti volumus, pena canonica puniendos.

De Apostatis firmiter precipimus, vt a regula et a religione ſua apostantes, excommunicatos publice nuncietis.

De perjurio. Statuimus, ut qui manifeſte venerint contra ju ramentum vel fidem preſtitam, ab officio per vos | ſuspendantur, et ad nos canonice puniendi transmittantur.

De homicidiis et incendiariis. Propter incendii et homicidi abominationem districte precipimus, vt clericos de talibus | criminibus probabiliter suspectos vel infamatos, ad nos transmittatis vel faltem nobis eos denunciatis.

De illis, qui ecclesias suas sine divinis officiis derelinquunt. Decernimus, si quis ecclesiam suam in divinis officiis debite | non procurat, vt indignus pane, lacte et lana per | vos a receptione omnium fructuum ejusdem ecclesie suspendatur et inhi | beatur solventibus census et decimas, ne fibi in aliquo respondeant vel intendant. Idemque citetur coram nobis, de tanto excessu justitiam recepturus. |

De patientibus defectum in natalibus. Mandamus districtius inhibentes, ne defectum in natalibus patientes in vestros | confratres admittatis, nisi de gratia sedis apostolice et mandato nostro speciali, in contrarium vero admissos ad nos remittatis.

De Tabernariis et Lusoribus. Si quis fame sue prodigus tabernas et ludos maxime taxillorum frequentaverit, ab officio suo | suspendatur, et debite emendandis Ordinario per vos nuntietur.

De presbiteris plures ecclesias inofficiantibus. Cum fint quidam plures ecclesias inofficiantes, dum ad utramque transeunt, neutri bene | proficiunt, Inhibemus, ne hoc de cetero fiat, nisi ex causa rationabili coram vobis ostensa, vt quia sint adeo tenues et vi | cine, quod sine bina celebratione debeat sustineri.

De Monachis parochiales ecclesias inofficiantibus. Statuimus et inviolabiliter observari volumus, vt nullus religiosus | exemptus vel non exemptus ad regimen parochialium ecclesiarum in nostra Dyocesi admittatur, vel per vos in confratrem recipiatur, nisi | qui per litteras ordinarii docuerit, sibi hujusmodi regimen et animarum curam fore commissam; Et qui contraveniunt, ab officio | suspendendi, et ecclesie tales interdicende per vos nobis sine mora nuncientur. Ne autem Religiosi exempti contra premissa | venientes privilegia sua, quibus taliter abutuntur pretendere valeant, decernimus, contemptum et pertinaciam eorumdem in personis | secularibus et rebus seu possessionibus, per singulas parochias nostre dyoceseos ad Monasteria five domos talium Religiosorum perti | nentes, per excommunicationis et interdicti sententiam, appellatione qualibet non obstante, cohercendam.

De hiis qui manus temerarias injiciunt in personas ecclesia-

sticas. Statuimus, vt si quis de cetero nostre civitatis vel Dyoce-
seos | in quemcunque clericum habentem sacram ordinem manus,
injecerit temere violentas , non solum denuncietur excommunicatus,
verum etiam | in hujusmodi facinoris detestationem familiam etiam
ipsius exclusam esse volumus a divinis; Et si forte mors aut muti-
latio membra ex tali injuria fuerit subsecuta perpetua notatus infamia,
officia et beneficia ac feoda, que tenebat in- | mediate uel mediate
ab ecclesiis vel personis ecclesiasticis nostre Dyocefeos uel civitatis
ammittat ipso facto; nec ex hiis | quitpiam transeat ad heredes
ejusdem. Si vero quisquam clericus vel Laicus prelatum seu cle-
ricum cujuscunque Ecclesie uel | Monasterii aut personam religiosam
ausu diabolico captivare presumferit, dignitates, officia et beneficia
que ab eadem | ecclesia habet, ipso facto amittat, nec ad heredes
ipsius transmittantur; locum etiam ubi moram fecerit talis capti-
vans ac | sui defensores, receptatores et qui hujusmodi captivum
servaverint, cum terra et familia eorumdem ecclesiastico subjaceant
inter | dicto. Statuimus et distincte inhibemus, ne interdicta in que-
cunque loca nostre Dyocefeos vel civitatis ad instantiam privatuarum
perso | narum per judices infra nostram Dyocesim a sede apostolica
delegato aliqualiter obseruentur, nisi de nostro mandato speciali.

Contra iniquas constitutiones et libertates ecclesiasticas. Li-
bertatis ecclesiastice dispendiis precaventes, declaramus, omnes |
privatas personas thelonia seu pedagia exigentes et extorquentes, vt
res ecclesiarum seu personarum ecclesiasticarum per | loca duci vel
portari permittant, excommunicationis sententie in tales generaliter
a jure promulgate ipso facto subjacere. Ubi vero communitas vel
univer | sitas hujusmodi thelonia exegerit, hoc ipso facto cessandum
esse in locis universitatum vel ipsorum communitatum a divinis,
cum | loca talium communitatum et universitatum sint a jure propter
hoc interdicta. Et volumus, vt omnibus vestris et vestrorum |
confratrum subditis districte precipiatis, quod statuta contra libertatem
ecclesiasticam facta revocent, sicut sententiam excommunicatio-
nis in hujus | modi statuentes a jure generaliter prolatam et divi-
nam vltionem voluerint evitare. Et de cetero abstineant a talibus
sta | tuendis, alioquin ipsos ad revocationem talium statutorum per
censuram ecclesiasticam compellemus. Vestram igitur providentiam |
monemus et hortamur, vobisque sub pena suspensionis ab officio
divinorum precipimus, quod prescriptam ordinationem, statuta et

mandata in singulis | conventibus confratrum vestrorum recitatis, et ab omnibus firmiter observari faciatis, Inquisitioni excessum in prenotatis | articulis frequentius insistendo, vt vestrum apud Deum crescat meritum, et proinde vestra diligentia apud nos debeat | merito commendari. Datum Constantie. Anno. Domini M.CCC.XXVII. Nonas Aprilis. decima Indictione. ¹⁾

¹⁾ Diese bischöflichen Verordnungen stehen auf zwei gleichzeitig überschriebenen Pergamenblättern im Archive Engelberg Cista E. Sie wurden einem handschriftlichen Codex entnommen, der auf der dortigen Bibliothek folgende Überschrift und Signatur trägt: Raymundi Summa Confessoriorum I¹/24.

Die Rückseite des einen Pergamenblattes weiset eine hübsch geschriebene Urkunde vom 6. Mai 1326, ausgestellt von Abt Diethelm in der Niedun Duwe

